Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondens Iesus ait illi: Dictum est: Non temptabis dominum deum tuum. Et consummata omni temptatione diabolus recessit ab illo usque ad tempus.

quia quosdam seducere potuit. **Ambrosius.** Haec est diabolica vox quae mentem hominis de gradu altiore nititur praecipitare contendit. Similis infirmitatem suam diabolus manifestat, quia desiderat quod nemini possit nocere nisi qui ipse deorsum se miserit. Nam qui relictis caelestibus terrena eligit, voluntarium quoddam praecipicium vitae labentis incurrit. Similis quia telum suum diabolus vidit obtusum, qui omnes homines sibi subiecerat putavit: plus cepit quam hominem iudicare. Tu sic figurat quod se sathanas velut angelum lucis, et de scripturis ipsis serpens dirus laqueum fidelibus parat. Unde videtur scriptum est enim: Quoniam angelis suis mandabit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis. Et quia in manibus tollent te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. **Augustinus.** Unde diabolus scire quod ista scripta sunt? Numquid legisti prophetas vel divina eloquia? Legisti quidem non ut ipse ex lectione eorum melior fieres, sed ut de simplici littera eos qui amici sunt litterae interficias. Scias quia si de aliis eius voluminibus loqui volueris, non decipies. **Ambrosius.** Ergo non te capiat hereticus quia potest de scripturis aliqua exempla proferre; utitur et diabolus testimoniis scripturarum, non ut doceat, sed ut fallat. **Augustinus.** Vide quomodo et in ipsis testimoniis versipellis est. Vult enim minuere gloriam salvatoris, quasi

angelorum indigeat auxilio, offensurus pedem nisi eorum manibus sublevetur. Hoc enim testimonium non de Christo, sed de sanctis generaliter scriptum est. Neque enim indiget angelorum auxilio, quia maior est angelis. Un voce disce diabolice quod non Iesus adiuvaret angelos: offenderent pedem suum. Et tu ipse es qui quasi fulgur de celo cecidisti: quia eum in illum Christum dei filium noluisti. Quare autem siles quod sequitur: Super aspidem et basiliscum ambulabis et cetera. Nisi quia tu es basiliscus, tu draco, tu leo. **Ambrosius.** Sed dominus rursus neque quae de se ferebantur prophetata ad arbitrium diaboli putavit esse facienda; sed divinitatis suae auctoritate servata illi sic occurrit, ut qui scripturae exemplum praetendit, scripturarum vincatur exemplis. Unde sequitur: Et respondens Iesus ait illi: Dictum est quia non temptabis dominum deum tuum. **Crisostomus.** Diabolicum enim est se ipsum mittere ad pericula et temptare si eripiat deus. **Cyrillus.** Non enim temptantibus largitur deus auxilia, sed credentibus in eum. Unde Christus temptantibus eum non ostendebat miracula quibus dicebat: Generatio prava signum quaerit, et non dabitur ei. **Crisostomus.** Aspice autem quomodo non turbatus est dominus, immo de scripturis humillime cum illo disceptat, et conformemur Christo pro posse. Novit diabolus arma Christi quibus succubuit. Ex mansuetudine eum cepit, ex humilitate devicit. Tu quoque cum videris hominem effectum diabolum et tibi obviantem, eo modo devincas. Doceas animam tuam formare os conveniens ori Christi. Sicut enim cum romana forsan resides iudex non exaudiet, nisi sciens dentium ignorantis eo modo loqui: sic et Christus, nisi suo modo loquaris, non exaudiet te nec vacabit tibi. **Gregorius.** Legitime autem pugnanti agonum receptio debetur. Vel quod adversarius sua sponte cedat invicto, vel certo cum deponit pugnatoriae artis dectum. Unde sequitur: Et consummata omni temptatione diabolus recessit ab illo usque ad tempus. **Ambrosius.** Non dixisset scriptura omnem t